

GERARDVS EPISC. VERDENSIS.



Erardus ex illustri familia comitum à Hoyen
natus fuit. Itaque à parentibus studijs & lite-
ris addicatus in uirum clarissimum euasit. Vnde in
tricesimumtertium præfulem electus fuit. Erat is
princeps pacificus, multis uirtutibus ornatus, atq;
ad res Ecclesiæ tractandas aptissimus. omnibus e-
rat mitis & benignus, atq; nullum à se indonatum
dimittebat. Nemo etiam afflitorum ipsum acce-
debat, quin lætior ab eo discederet. Vnde ab omni-
bus instar patris habebatur. Quanquam autem is
talis esset, tamen Ziselbertus Premensis antistes-
tius ditionem & urbem inuasit, atque multis cladi-
bus affecit. Id quod ipse patiēter tulit, atque Deum
huius causæ iudicem constituit. Verūm ob suos subditos mœrore confectus,
anno sui officij decimosexto, atque humanæ salutis millesimo ducentesimo
septuagesimo mortuus est. Anon.